

Lectio I.

Dē prōvinciīs

Imperium Rōmānum ex prōvinciīs cōstat, et ūsque ad Dānubium fluvium pertinet. Populus Romānus ergo multās prōvinciās administrat. Rōmāni prōvinciās ad Dānubium sitās Pannoniam et Nōricum nōminant. Nostra prōvincia est Pannonia. Pannonia praeter Nōricum cēterās quoque finitimās prōvinciās habet: Moesiam et Ilyriam. Pannoniam et Dalmatiam Rōmāni Illyricum quoque appellant.

Terram Pannoniae nōn solum Rōmānī, sed etiam Celtae habitant. Nōricī et Pannoniī nōn in oppidīs, sed in parvīs casīs et vicīs vīvunt. At multa oppida Rōmāna ad Dānubium sita sunt. Rōmānī, ubi in prōvinciās veniunt, prīmō castra, posteā mūnicipia vel colōniās collocant, viāsque longās inter colōniās aedificant. Clāra mūnicipia Pannoniae prōvinciae sunt: Aquincum, Gorsium, Arrabona, Scarbantia etc. Prōvinciīs Rōmānīs lēgātī Augustī praestant.

Rōmānī terrās trāns Dānubium sitās Germāniam nōminant. Ad Dānubium autem imperiō Rōmānō Bōihaemum finitimum est. Marcomannī, Quadī et posteā Vandalī, incolae Bōihaemī populō Rōmānō inimicī et imperiō Rōmānō periculōsī sunt, et bellum Rōmānīs parant. At Rōmānī multōs vicōs populōrum in bellō capiunt. Ita prōvinciae ad Dānubium sitae quasi prōpūgnācula imperiī contrā Germānōs sunt.

Proverbii

Cōgitō ergō sum.

Amīcitia semper cara est.

Historia est magistra vītāe.

Inter arma silent Mūsae.

Magis movent exempla, quam verba.

Verba movent, exempla trahunt.

Parva flamma saepe incendium māgnū suscitāt.

Sērum auxilium post proelium.

Grammatica I.

nagybetű: tulajdonnevek és belőlük képzett mellékneveket és adverbiumokat
nincs névelő sem hat, sem hatlan

Igék

I/1 / infintiv / praesens perf. / supinum

laudo 1 are avi laudatum

habeo 2 ere ui habitum

vivo 3 ěre vixi victurus

venio 4 ire veni ventum

3 tő

imperfectum: inf -re / III. cong. I/1 -o

perfectum

supinum

praes. imp.

o, s, t / mus, tis, nt

sum es est sumus estis sunt

Declinatio

a-tő I. a, am, ae, ae, a / ae, as, arum, is, is

o-tő II. us(um), um, i, o, o / i(a), os(a), orum, is, is

Egyeztetés

meus noster

tuus vester

suus suus

in Pannoniam / in Pannonia

igei állítmány kötelező

Provincia magna est